



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Praefatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

ALLOQUIORVM LIBER I. 475  
IN CANONES VITÆ

spiritualis ad animam quam-  
cunq̄ue fidelem.

P R A E F A T I O.



**E**cce filia, quoniam aures incipis præbere & animum, pergami dicere  
qua in te desiderantur. Perseuera igitur auscultans & tota tam ad me  
reuertere, parata mihi ad omnia obtemperare. Nonum indue animã  
& quid abs te velim accipe. Vbi virtus tua nõ sufficit, succurras oratio.  
Impetra quicquid tibi necessarium est orando. Dic: Eripe me de ini-  
micis meis Domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem  
tuam, quia Deus meus es tu. Ne derelinquas me Domine Deus  
meus, ne discesseris à me, neque despicias me Deus salutaris meus. Intende in ad-  
iutorium meum Domine Deus salutis meæ. Ecce redire cupio ad te. Trahe me post te,  
& ne permittas me ultra separari aut auerti à te, Filia audi nunc, quod cuidam seruorum  
meorum iam olim mandaueram & id ipsum tu quoque seruandum amplectere. Dicebã illi.

Gal. 1. 12.

Psal. 37.

Ca. 1.

Compunctus fileas, humilis, mitisq̄ue serenus.

Sic tibi licet tunc minus valeat metrum) at ego non metri mensuram, sed anime tua  
cupio adferre medelã) dico. Compuncta fileas, humilis, mitisq̄ue serena. Hoc versu sum-  
matim strinxit que tibi sunt necessaria vt & memoria scilicet teneas, & sepius eadem reco-  
las. Volo autem compunctioni sancte, assidue ac interne conuersationi vacare studeas, & ab  
omnibus abstrãcta, intra te ipsam te contineas, maneatq̄ tecum. Sileas igitur ore & corde  
mundo. Humilis esto ac mitis, & in omni conuersatione tua erga quoscunq̄, homines benigna  
atque serena. Principio igitur te ipsam discute, penitissimeq̄, intue, vt cognoscas quid in  
te sit, quod gratiam meam impediãt: hoc est, quid in te sit, quod mihi displiceat, vt illud corri-  
gas & auertras. Vide ad que & vnde tenteris. Vbi autem acrius sepiusve tenteris: ibi maiori  
studio ac vehementiori conatu repugnã: vbi infirmiore te comperis, ibi remedia adhibeas  
validiora. Vnde delinquendi aut minus proficiendi sentis occasiones, scandalum à te pro-  
funde. Adnitere vt cor mundum, liberum, ac nullo ad creaturas amore inordinato, infectum:  
nihil cum mũdo occupatum tibi offeras, mibiq̄, solum semper inherere studeas. Propterea enim  
ad compunctionem iuge studium, te hortor, vt intra te metipsam te seruet: quam tamen haud-  
quaquam assequi potes, nisi collectum habeas animum. Sed ne hoc quidem obtinere vales, si  
non abstrãctam internamq̄, vitam duxeris. Quapropter obserua in te vitia, concupiscentias,  
inclinacionesq̄, malas, vt insatigabili studio illa persequaris, & desiderijs, affectionibus inor-  
dinatis omnibus moriaris. Multa ad vitam spiritualem & contemplationem conquerruntur  
se inceptos, sed in eorum negligentia atque acedia agunt, quia nolunt veteri homini vim in-  
ferre, vt moriantur concupiscentijs suis, sed fouent & palpant, dissimulantes qua in se perse-  
qui deberent: adeo semper conferunt onus laborum ac molestiarum plenum. Tu vero si me de-  
sideras, nullam pacem cum vitijs habeas. Abscinde in te discursus, curas, occupationesq̄, inu-  
tiles omnes, atque prorsus quicquid ad animatus profectum non adificat, vt mecum  
solo, sola occuperis: nusquam animum tuum intendas, nusquam implices,  
nisi ad mei honorem, & animæ tuæ, aut proximi  
utilitatem.

Comptm-  
ationi vii  
institendum  
sit.

Contem-  
plationi cœ  
quidam  
quærantur  
se inceptos.



## ALLOQVIORVM IESV

Christi ad quamuis animam fidelē,

sibi que deuotam, Libri I. pars III.

*Desiderijs pranis que sensualitatis propensionibus uti sit moriendum:  
sensus item quam sint arctē custodiendi.*

## CANON I.

Fugienda  
quænam  
sint animæ  
fidelis.Sensualitati  
quænam  
subtrahenda  
sunt.Necessaria  
delectabilia  
qui sumenda.Sensus qui  
custodiendi  
sunt.Voluntate  
priuata  
nihil faciendū.

**R**emores, nouitates, historias iocosas, & quæcunq; cōpunctioni non seruiunt, sed curiosum animum oblectant, & varijs imaginibus cor deperditū infectumq; desiderijs relinquunt, neq; legere, neq; audire consentias. Hominum seculariū, id est, qui mūdi sunt amanti: imō & cuiuscunq; hominis familiaritatem, amicitiam ac conuersationem singularem (cuius uerba & actus te non edificant) fuge, & amorī sensuali, ad quamcunq; creaturam morere. Ventris tui ita sis magistra, ut sola necessaria ad ministras, idq; non pro gustus oblectatione, sed pro naturæ sustentatione, & propter me: hoc est, ne in seruitio meo uiribus deficias. Porro quæ necessaria aut utilia corpori non sunt, oblectamenta gustus, præsertim ubi id sine fraterna charitatis potes offensione, non admittas. Hoc modo quæcunq; mollia, quæcunq; uoluptuosa, quæcunq; carni suauia (quantum discretio ipsa, quæ charitatem, infirmitates, onerataq; naturæ, & singula quæq; prospiciens moderatur, admittit) à te proficundas, fugias, horreas, ubique in te persequendo concupiscentiam, non destruendo naturam. Nam quæ necessaria sunt, & sine delectatione tamen sumi non possunt, in his satis est, non querere uoluptatē, sed propter me, id est, ut obediatur mihi (qui corporis tui curam tibi commendatū) refocillare carnis infirmitatem & tolerare necessitatem, uidelicet ut delectatio tanquam id quod non optatur quidem, ab eo tamen quod est humano uisui necessarium non potest separari, propter ipsam necessitatem admittatur, non diligatur. Itaque breuiter, sensus tuos omnes ita contineas, ut ne moueant quidem se ad inuitalia & otiosa. Nihil uelis uidere, nihil tangere, nihil quæras sentire, nisi utilia animæ tuæ, & ad gloriam meam. In quibuscunq; homo suum sequitur appetitum, illi satisfaciens ex proprietate, uidelicet quia ita uult, ita desiderat, siue id in cibi, potus, alterius uel commodi naturalis, siue etiam in spiritalis consolationis oblectatione contingat, non potest esse sine delicto aut uicio, quia est ibi propria quæsitio, quæ facit medium inter ipsum & me. Nihil igitur in te nascatur, nihil foueatur ex priuato solo amore, aut uoluntate propria, quamlibet boni speciem uideatur habere: sed moriaris oportet omni proprietati, ut nuda, sola, purisq; charitas, castissimaq; intentio mihi placendi ad omnia te excitet, moueat & impellat.

*Lingua uti sit custodienda, ne Deus proximusue offendatur silentium duplex qui obseruandum sit.*

CANON